

VERS. 25. — ANGELUS RAPHAEL, (1) à *Rapha*, id est, curare, mederi; et *El*, id est, Deus, q. d. : Deus curans, vel medicina Dei. Unde in Hebræo additur, fuisse *principes curationibus prepositus*, sive preses sanitarum. Hunc primum

clausula est v. 25 : *Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in secula*. Non est ea clausula in Græco et Hebræo. Cum enim longa tribuana precatio ista fuerit, alias atque alias ex eâ particulas excoepit Chaldaeus, Latinus, Hebræus et Græcus. (Serarius.)

VERS. 24. — IN ILLO TEMPORE EXAUDITUR SENSUS

PRECES AMORUM IN CONSPPECTU GLORIÆ SÆCULI

DEL. GRÆCUS : *Exaudita est deprecatio vitiorum*

coram gloriâ magni Raphael, et missus est ad sanandum duos. (C. Ine.)

(1) MISSUS EST ANGELUS DOMINI SANCTUS RAPHAEL. GRÆCUS ET HEBRÆUS FAGII : *Missus est ad sanandum duos, ipse Tobias deservitque*

aliquis, et Saram filiam Raguel dare Tobias filio Tobie uxorem, et ligare Asmodæum malum

dæmonem; quoniam ad Tobiam pertinet hereditate eam (utpote inter necessarios maxime propinquum). In eodem tempore revertens Tobias

introiit in domum suam, et Sara filia Raguel descendit de superiore cubiculo suo.

Angelus Raphael præsidebat curationibus

divino miraculo peractis, appellaturque in

Hebræo preses sanitarum. Nomen Raphael He-

CAPUT IV.

1. Igitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri ut mori potuisset; vocavit ad se Tobiam filium suum.
2. Dixitque ei : Audi, fili mi, verba oris mei, et ea in cordè tuo quasi fundamentum construe.
3. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli : et honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus.
4. Memor enim esse debes quæ et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.
5. Cum autem et ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me.
6. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, et cave ne aliquando peccato consentias, et prætermittas præcepta Domini Dei nostri.
7. Ex substantiâ tuâ fac eleemosynam, et noli avertere faciem tuam ab illo paupere : ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini.
8. Quomodo potueris, ita esto misericors.
9. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue : si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

cipem celestem opponit Deus tartareo principi Asmodæo. Et ipse tanquam patronus invocandus est à medicis et ægris. Vide infra, e. 12, v. 15. Mystice Raphael est Christus magni consilii angelus, qui venit in mundum curaturus in utroque sexu genus humanum.

braicè est *medicina Dei*, vel Deus sanans. Sæpe in Scripturâ Deus medici nomen sibi tribuit, ac verissimè auctor quidam antiquus, Raphaelem loquentem inducens, scripsit : *Ego sum minister curationibus; Deus est auctor sanationis*. Cum Deus valetudinem alioi concessurus est, ait S. Hieronymus, Raphaelem mittit, cujus nomen indicat, Deum esse unicum nostram medicinam : *Hoc videlicet nominis interpretatione significante, quod in Deo sit medicina vera*. Amut quidam, ipsum eundem angelum è cælo venisse, ut aquas piscinæ Hierosolymitanæ moveret, quibus valetudini restitueretur æger qui prius sese illis mergeret. Distinguitur titulo archangeli, quod è principibus choris angelorum esse credebatur; ipseque de se testatur inferioribus, 12, 15, sese Dei solio inter primores assistere. Invocatur autem non in morbis modo, utpote cujus minister utitur Deus ad largiendum prodigio valetudinem, sed ut auctus timoribus comens. Discemus inferius quomodo huius linere ille Tobiam euntem in Reges deduxerit. (Calmet.)

CHAPITRE IV.

1. Tobie croyant donc que Dieu exaucerait sa prière de pouvoir mourir, appela à lui son fils Tobie.
2. Et lui dit : Mon fils, écoutez les paroles de ma bouche, et mettez-les dans votre cœur comme un fondement solide.
3. Lorsque Dieu aura reçu mon âme, ensevelissez mon corps; et honorez votre mère tous les jours de sa vie.
4. Car vous ne devez pas oublier ce qu'elle a souffert, et à combien de périls elle a été exposée, lorsqu'elle vous portait en son sein.
5. Et quand elle aura aussi elle-même achevé le temps de sa vie, ensevelissez-la auprès de moi.
6. Ayez Dieu dans votre esprit tous les jours de votre vie, et gardez-vous de consentir jamais à aucun péché, et de violer les préceptes du Seigneur notre Dieu.
7. Faites l'aumône de votre bien, et ne détournez votre visage d'aucun pauvre; car de cette sorte le Seigneur ne détournera point non plus son visage de vous.
8. Soyez charitable autant que vous le pourrez.
9. Si vous avez beaucoup de bien, donnez beaucoup; si vous en avez peu, ayez soin de donner de bon cœur même ce peu.

10. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis :

11. Quoniam eleemosyna ab omni peccato et à morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras.

12. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.

13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione : et præter uxorem tuam, nunquam patiaris crimen scire.

14. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo, dominari permittas : in ipsâ enim initium sumpsit omnis perditio.

15. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, et merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.

16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri factas.

17. Panem tuum cum esurientibus et egenis comede, et de vestimentis tuis nudos tege.

18. Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justî constitue, et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus.

19. Consilium semper à sapiente perquire.

20. Omni tempore benedic Deum et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permanente.

21. Indico etiam tibi, fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Reges civitate Medorum, et chirographum ejus apud me habeo :

22. Et idè perquire quomodo ad eum pervenias; et recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, et restituas ei chirographum suum.

23. Noli timere, fili mi : pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. In illâ die recordatus est Tobit de argento, quod deposerat apud Gabael in Regis Medie.
2. Et dixit in se ipso : Ego petii mortem; cur non voco Tobiam filium meum, ut ei indicem, priusquam ego moriar? — 3. Et vocans eum dixit : — Fili, si mortuus fuero, sepeli me, et ne despicias matrem tuam : honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, et fac quod placitum ei; et ne

10. Car vous vous amasserez ainsi un grand trésor et une grande récompense pour le jour de la nécessité;

11. Parce que l'aumône délivre de tout péché et de la mort; et elle ne laissera point tomber l'âme dans les ténèbres de l'enfer;

12. Parce que l'aumône sera le sujet d'une grande confiance devant le Dieu suprême pour tous ceux qui l'auront faite.

13. Veillez sur vous, mon fils, pour vous garder de toute impureté; et, hors votre femme, ne liez jamais de connaissance qui puisse devenir criminelle.

14. Ne souffrez jamais que l'orgueil domine dans vos pensées, ou dans vos paroles; car c'est par l'orgueil que tous les maux ont pris commencement.

15. Lorsqu'un homme aura travaillé pour vous, payez-lui aussitôt ce qui lui est dû pour son travail; et que la récompense du mercenaire ne demeure jamais chez vous.

16. Prenez garde à ne faire jamais à un autre ce que vous seriez fâché qu'on vous fit.

17. Mangez votre pain avec les pauvres et avec ceux qui ont faim, et couvrez de vos vêtements ceux qui sont nus.

18. Mettez votre pain et votre vin sur le tombeau du juste; et gardez-vous d'en manger et d'en boire avec les pécheurs.

19. Demandez toujours conseil à un homme sage.

20. Bénissez Dieu en tout temps; et demandez-lui qu'il dirige vos voies, et que tous vos desirs demeurent en lui.

21. Je vous avertis aussi, mon fils, que, lorsque vous étiez encore enfant, j'ai donné dix talents d'argent à Gabéus qui demeure dans la ville de Ragés au pays des Mèdes, et que j'ai son billet entre les mains.

22. C'est pourquoi faites vos diligences pour parvenir à lui, et pour en retirer cette somme d'argent, et lui rendre son obligation;

23. Ne craignez point, mon fils. Il est vrai que nous sommes pauvres, mais nous aurons beaucoup de biens, si nous craignons Dieu, si nous nous retirons de tout péché, et si nous faisons le bien.

contristes eam: — 4. Memento, fili, quia multa pericula vidit propter te in ventre. — Cum mortua fuerit, sepeli eam juxta me in uno sepulcro. — 5. Omnibus diebus, fili, Domini Dei nostri recordare, et noli peccare, et transgredi mandata ejus. Justitiam fac omnibus diebus vite tue: et ne ambules in viis injustitiæ; — 6. Quoniam faciente te veritatem prosperitates erunt in operibus tuis, et omnibus facientibus justitiam. — 7. Ex substantiâ tuâ fac elemosynam; et non invidet oculus tuus in faciendo te elemosynam. Ne avertas faciem tuam ab omni mendico; et à te non avertetur facies Dei. — 8. Quomodo tibi fuerit secundum multitudinem, facito ex eis elemosynam. — Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere elemosynam. — 9. Primum enim bonum thesaurisas tibi in diem necessitatis. — 10. Quoniam elemosyna à morte liberat, et non permittit introire in tenebras. — 11. Munus enim bonum est elemosyna omnibus facientibus eam in conspectu Altissimi. — 12. Attende tibi, fili, ab omni fornicatione: et uxorem primum accipe de semine patrum tuorum: non accipias uxorem alienam, quæ non est de tribu patris tui, quoniam filii prophetarum sumus; Noe, Abraham, Jacob, isti patres nostri à seculo. Memento, fili, quia ipsi omnes acceperunt uxores de fratribus suis, et benedicti sunt in filiis suis, et semen eorum hæreditavit terram. — 13. Et nunc, fili, dilige fratres tuos: — et noli superbiere corde tuo, præ fratribus tuis, et filiis, et filiabus populi tui, accipere tibi ex eis uxorem: quoniam in superbiâ perditio, et perturbatio multa, et in nequitia diminutio, et egestas magna: nequitia enim mater est famis. — 14. Merces omnis hominibus, quicumque operatus fuerit, apud te non morietur; sed reddet ei statim. Si servieris Deo, reddetur tibi. Attende tibi, fili, in omnibus operibus tuis; et esto eruditus in omni conversatione tuâ. — 15. Et quod odio habes, nemini feceris. Vinum ad ebrietatem ne bilas; et ne ante teum ebrietas in viâ tuâ. — 16. De pane tuo da esurienti, et de vestibus tuis, nudis. Omne quodcumque superfluit tibi, fac elemosynam. et non invidet oculus tuus in faciendo te elemosynam. — 17. Effunde panes tuos super sepulchrum justorum, et ne dederis peccatoribus. — 18. Consilium ab omni prudente quære: et ne contemnas super omne consilium utile. — 19. Et in omni tempore benedic Dominum Deum: et ab eo pete, et via tue rectæ sint, et omnes semitæ tuæ, et consilia tua prosperentur; eò quod omnis gens non habet consilium: sed ipse Dominus dat omnia bona, et quemcumque voluerit, humiliat, sicut vult. Et nunc, fili, recordare mandatorum meorum, et non delantur de corde tuo. — 20. Et nunc iudico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabaelum, filium Gabrie, in Ragis Medie. — 21. Et ne timeas, fili, quia mendici facti sumus. Sunt tibi multa, si timeris Deum, et recesseris ab omni peccato, et feceris quod placuit coram eo.

COMMENTARIUM.

Pia monita (1) quibus in hoc capite filium suum instruit Tobias, numero sunt quatuordecim: primum: *Corpus meum sepeli*. Pietatis erga parentes, etiam mortuos. Secundum: *Honorem habebis matri tuæ*; et mortuum sepelias circa me. Hebræicè et Græcè, in uno mecum eodem sepulcro. Indicat Tobias insignem in uxorem suam affectum, à quâ tantis conviciis lacessitus fuerat (2).

(1) Expensus S. Augustinus egregia hæc monita, quæ filio suo Tobias reliquit, exalimat: «O lux, quam videbat Tobias, cum claudis oculis istis filium docebat viam vitæ, et ei præbat pede charitatis nunquam errans» (Calmet.)

(2) Erga mortuum verò eadem, quæ erga se pietate filium esse jubet, ut ab eo scilicet etiam sepeliatur. Sed quid est, quod non ait simpliciter *sepelias eam*, sed addit: *Circa me*? Hebræus explanat dicens: *Sepelias eam mecum, honorificè, in uno eodemque sepulcro*; et Græcus, *sepelias ipsam juxta me in uno sepulcro*. Hoc enim modo prisci cum conjugibus patriarum etiam sepulti sunt. In splendâ duplici, quæ sita est in agro Ephron, sepultus est Abraham et Sara uxor ejus, Gen. 25, v. 10.

VERS. 6. — IN MENTE, id est, cogitatione et memoriâ; HABETO DEUM. Tertium monitum, continuæ memoriæ et laudis Dei.

Ego, ait Jacob Gen. 49, v. 29, congregare ad populum meum; sepelire me cum patris mei in splendâ duplici. Ibi sepeliantur Abraham et Sara uxorem ejus; ibi sepelitus est Isaac cum Rebecâ conjuge sua; ibi et Lia condita jacet. Hæc enim etiam in sepulcro conjuncti significant, quantum constans et perennis inter conjuges amor esse debeat. De quibus à Deo dictum Gen. 2, v. 24, et 1 Cor. 6, v. 16: *Erunt duo in carne una*. Quemadmodum apud Hierosolymitanum Sophronium partic. 40, hæreticum eodem in sepulcro secum esse volebat Catholicus, eique, quia hæresin oderat mortuo mortuus dicebat: *Noli me tangere, hæretice*; ita castus conjugii castus maritus, quia conjugalem charitatem, ne ipsa quidem mors aditæ diremit, copulari optat, meliore propositi modo, quam illa apud Indos, que ut apud Ciceronem Tusculanâ quintâ est, summi amoris ludisque dicebant, si se in eundem cum marito regem vivæ inpeissent. Admiranda verò et Tobie ip uxorem charitas, cum ab eò tamen is que supra vidimus conviciis appetitus rextusque fuisset. Ista verò paren-

VERS. 7 et 17. — EX TUA, non ex alienâ, SUBSTANTIA FAC ELEMOSYNAM (1). Quartum, misericordie in pauperes. Huic quadruplicem assignat fructum: primum, non avertetur à te

visu veneratio, etsi Decalogo præcepta est, insignem tamen in Ecclesiastico, c. 5, laudem habet: *Qui timet Dominum, honorabit parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt. Quam male sanæ est, qui delinquit patrem! et est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Multo que Yecurgus oratione contra Leocratem, Pausanias in Phocicis, Virgilius Æneid. 2, Jovianus 1. 2 de Obedentiâ, Rhodigin. 1. 11, c. 17, Aristophanes de antipalargis in Avib. aliique tradiderunt; Euripideos tantum versiculos loquero:*

Quisquis parentes hic pater vivens colit, Hinc viventeque matronaque amat Deus. Non liberis est patribus minus aliud Quam liberos dici parentis optimi. Parentibusque dignam honorem reddere. (Serarius.)

(1) Legebat S. Cyprianus: *Justitiam fac omnibus diebus vite tue, et noli ambulare viam iniquitatis; quoniam agente te ex veritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantiâ tuâ fac elemosynam, et noli avertere faciem tuam ab illo paupere, etc.* S. Ambrosius ait, *Tobiam filium suum adhortatum fuisse, ut ex substantiâ suâ elemosynam faceret, non pecuniam fœneraret, non averteret faciem ab illo paupere. Hebræus Faggi ad Græcum, Musieri ad S. Hieronymum proptis accedit, Justitiam facere stylo Hebræorum valet elargiri pauperibus; isti Rabbinii vocem hanc exponunt in textu Proverbiorum: *Justitia (elemosyna) liberavit à morte; et Daniels: Peccata tua elemosynis redime; Hebræicè, justitiâ redime.* (Calmet.)*

Ille verò multa etque pericula docentur. Primum quid agendum: *Fac elemosynam, noli avertere faciem tuam ab illo paupere; andostege, v. 17. Secundo, quibus? Egentibus scilicet, qui sunt aut vivi, aut mortui, ut infra, vers. 17, non ut Turæ, qui felibus, piscibus etiam, brutisque aliis, misericordie causâ, cibum tribuunt, captas interdum aves liberant, uti scribit cap. 197 Turcici Pandectæ Lennæavius, adeo ut in Mogorici regni partibus hospitalia sint, in quibus agræ brutæ animantes eurentur, boves, asini, accipitres, uti habet Narratio de Mogoribus edita. Sed de his quibus largiendum, contra Plautum et Ciceronem videri potest Lactantius 1. 6, c. 11, cujus hæc conclusio: *Unum certum et verum liberalitatis officium est, egentes atque imiles alere*; quantum nec dissentire Cicerio videtur, cum Ollie. 1. 2, ait homines tenues, quidquid bene sibi factum sit, putare se tantum spectatos, non fortunam. De quo etiam Seneca. 1. 2 de Beneficiis c. 51, 52, et omnium optimè Dominus et Salvator noster Luca 12, v. 12, 13, 14. Terpane tuo, non alieno, non ex rapinis et fraudibus composito. Proverb. 5, v. 9: *Honora Dominum de tuâ substantiâ*. D. Augustinus serm. 55 de Verbis Dei et in quinquag. hom. 47, Chrysostom. homil. 55 ad populum, Cicerio 4 Ollie. Additur verò vers. 26, in Græc. et Hebr. *ex superfluo*. Quartò. Quomodo? Secun-*

facies et favor Domini. Secundum præmium bonum, seu insigne, tibi thesaurizas in die, pro in diem, necessitatis, ut est Græcè, id est, in diem mortis. Tertium, elemosyna ab omni pec-

dum facultatem; 2 Corinth. 8, versu 12: *Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet*. D. Basilium homil. 6 et 8; Nazianzenus orat. de pauperum Amore; S. Leo sermone 3, tomo 9, D. Augustini liber de Conflictu vitiorum, cap. 17; D. Greg. 3 Pastoralis cap. 21; Cicero libro 1 Ollie. Quintò. Quo fructu? Quadruplici, primus: *Non avertetur à te facies Domini*, versu 7. Secundus, versu 10: *Primum bonum tibi thesaurizas*, Græcè *θλασθῆναι*, seu, ut Hebræus dicit, depositum. Nam qui in pauperes conferuntur, ea apud Deum quasi deponuntur. Prov. 49: *Fœnerat Dominus, qui miseretur pauperis, additur, in die necessitatis, ut Ps. 40, in die malo*. Et nota eum qui elemosynas facit, thesaurizat sibi ipsi, non aliis, ut ferè faciunt qui coactozatas opes ista relinquunt, ut nullum ex his fructum unquam percipiant, utinam nec detrimentum suppliciumque maximum, ut Luca 12, v. 20, Ecclesiastæ 6, v. 2. Tertius effectus v. 11: *Elemosyna ab omni peccato et morte liberat; non patietur autem ire te tenebras*, id est, in gehennam, ut legit D. Cyprianus epist. 52, l. 3, ad Quirinum, c. 1, l. de Opere; D. Augustinus quinquag. hom. 47, et l. de Rectitudine catholica conversationis. Hebræus textus: *Elemosyna liberat à judicio gehennæ*. Unde insignia illa D. Augustini verba serm. de Verbis Domini, secundum Mathæum, 18, c. 16, Tobias monens filium suum, ad opera bona monebat: *4. Decet tibi illi ut daret pauperibus; præcipiabat ut elemosynas feceret. Indignitibus, et docet, dicens: *Fili, elemosynam non simul ire in tenebras*. Consilium præcipiendæ atque continendæ lucis cæcus dabat. *Elemosyna, inquit, non simul ire in tenebras*. Si ei filius responderet miratus: *Quid ergo, pater, tu elemosynas non fecisti? ut modo cæcus loqueris; tu nunc nonne in tenebris es qui cæchi dicis: Elemosyna non simul ire in tenebras? Noverat ille, de quâ luce doceret fœderat; noverat tibi latiore homine quod vis debet. Filius patri porrigebat manum, ut ambularet per terram; et pater filio, ut habitaret in celo.* (Serarius.)*

VERS. 9. — SI EXIGUM TIBI FUERIT, ETIAM EXIGUM LIBENTER IMPERTIRI STUDE. Græcus: *Si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne times facere elemosynam*. S. Cyprianus: *Si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica; et ne timere facere elemosynam. Liberalitas non cumulo patrimonii, sed largitatis definitur affectus.*

VERS. 10. — PRIMUM BONUM TIBI THESAURIZAS IN DIE NECESSITATIS. Hebræus Græcusque: *Primum enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis.* (Calmet.)

VERS. 11. — QUONIAM ELEMOSYNA AB OMNI PECCATO ET À MORTE LIBERAT, ET NON PATIETUR ANIMAM IRE IN TENEBRAS. Priorum verborum sensus est, quod elemosyna primò liberat à reatu omnis peccati, juxta illud Dan. 4: *Peccata tua elemosynis redime; deinde, quod etiam Deus elementer miseretur largiendo*

cato, et à morte liberat aeternâ, et non patitur animam ire in tenebras, id est, in gehennam, inquit S. Cyprianus et Augustinus. Quartum, fiduciam magnam præstat coram Deo.

nam gratiam his qui veras et piaras faciunt elemosynas, ut possint resurgere à peccatis, iusta illud: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*, Math. 5. Porro de eo quod posteriori loco dicitur: *Elemosynam non pati animam ire in tenebras*, eleganter Aug. in psal. 96: «Hoc, inquit, loquebatur ille qui in tenebris erat.» Et paulo post: «Et quare hoc dicebat, nisi quia aliam lucem videbat? Ita ille. Ex his etiam observa quod animæ iustorum veteris Testamenti, post mortem corporis jam tum versabantur in pace, ut patet ex oratione Tobie cap. præced. v. 6, quæ de re diximus in 5 distincti. 22. § 3. (Estius.)

NON PATIETUR ANIMAM IRE IN TENEBRAS, ad inferos. Hebraus: *Liberat à iudicio gehennæ*. Editio Munsteri planè contraria est: *Quicumque facit elemosynam, is videbit faciem Dei, sicut scripsum est: Ego in iustitiâ (seu in elemosynâ) contemplantor faciem tuam*. Infernum exhibet Christus eum locum tenebris horrentem: *Ejiciuntur in tenebras exteriores; et demones principis tenebrarum appellantur*. (Calmet.)

VERB. 12. — FIDUCIA MAGNA ERIT CORAM SENIO DEO ELEMOSYNA. Hæc elemosynæ beneficium à Tobia celebrata, ex Apostoli doctrinâ intelligenda sunt, cum scilicet hæc charitas non destituitur, quæ animâ nequequam res nostras in parvæ erogamus: *Si distribuere in cibis pauperum omnes facultates meas... charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*. (Calmet.)

D. Augustinus de Verbis Domini in Lucam, sermone 50, et Enchiridii c. 25, 77, nonnullorum errorem confutat, qui etiam in peccatis perseveraverunt, si tamen elemosynas largias darent, ignosci credebant, contra quos etiam loco citato D. Gregorius. Sed respondet August. dupliciter ista elemosynæ præconia intelligenda à primò, ut cætera, quæ sibi scriptura requirit, non omitantur, fides, penitentia, charitas. Ita lib. citato, c. 69 et 70, et in 50, hom. 29; secundò, ut misericordia in eam prius qui elemosynam facit conferatur, fides, et. 1. 21. Civ. et. 27. Isto igitur modo elemosyna primò disponit ad mortaliatum peccatorum veniam, ut aiunt D. Bonaventura et Venerabilis Beda in D. Lucae c. 11, 2, ab eorumdem pomis liberat. Danielis c. 4, D. Ambrosius et S. Leo, ut infra 3. Liberat à penis venialibus, August. hom. 29 in 50, 4, à futuris peccatis custodit, quia majorem Dei gratiam et auxilium accersit. D. Augustinus in quadraginta homil. 47, eum locum istum citasset, addit: «Patrociniatur elemosyna in eo iudicij homini, ut flammis aeternas non timeat.» Nazianzenus, loco citato, elemosynam ait, «herbam peregrinam esse, quæ, et quidam ut luna, quidam ut vis deollantur, et pro misericordia videlicet proportionem.» D. Ambrosius serm. 50 et 51: «Ita, inquit, elemosyna extinguat peccata, sicut aqua Baptismi gehennæ extinguit incendium. Ergo elemosyna quodam modo animarum aliud est lavacrum, ut si quis forte post baptismum

Porro dupliciter intelligi potest elemosynam hæc omnia præstare: primò dispositivè, quia impetrat majorem gratiam, quæ sensu peccator provehatur ad illa omnia consequenda. Sicut enim *fides, timor et spes*, sic etiam *elemosyna*, et alia misericordiarum opera disponunt ad ulteriorem gratiam, et quidem per se, et proximè, de congruo, si etiam ipsa fiant ex fide et ob motum supernaturale, aut saltem ex gratiâ preveniente; alioqui si solis naturâ viribus, solum remotè, per accidens et ex merâ liberalitate Dei, tamen certò et infallibiliter, si faciat homo quod in se est. Ita suadebat Danieli Nabuchodonosori: *Peccata tua elemosynis redime*. Ita S. Thomas, Albertus Magnus, Scotus, Gabriel, Durandus, Tappetus, Cajetanus et alii citati à Molinâ. Secundò, intelligi potest, eadem omnia præstare etiam formaliter, nempe si cætera omnia adsint, quæ Scriptura ad talem effectum sibi requirit, nempe fides, spes, penitentia, charitas. Vide S. Augustinum, de Verbis Domini, in Lucam serm. 50, et Enchiridii c. 60, et alibi.

«humanâ fragilitate deliquerit, superstit ei, ut «herum elemosynâ mundetur.» Et epist. 82, hunc ipsum locum citans, quasi nostri temporis hæreticos prospiceret in eosque stomacharetur: «Qui sunt, ait, hi præceptores novi qui meritum excludunt fidei?» Et D. Cyprian. lib. de Oratione et Elemosynâ: «Sicut lavacro aquæ salutaris gehennæ ignis extinguitur, ita elemosynis atque operibus «justis delictorum flamma sopitur.» D. Bernardus serm. 1 post Epiphaniam, hydriam tertiam, quæ peccatorum ablutio fiat, statuit elemosynam. Sic et baptisimo comparat D. Leo hom. 2 de Collectis, et serm. 5: «Elemosynæ, inquit, peccata delent, mortem percutiunt, et penam perpetui ignis extinguunt,» huncque Tobie locum subiungit.

Elemosynæ fructus vers. 12: *Fiducia magna erit elemosyna omnibus*. Hebraicè: *Manu ampliam et bonum rependet coram sancto, sive à Deo merces optima repletur, ut ait Valdehus. Videtur Chryostomus hom. 53 ad populum, Proverbiorum caput 12, 49, 13, 16. Ecclesiast. 5 et 9, D. n. 4, Luc. 11. Pro illo verò: *Non avertas*. Hebraicè dicitur: *Non occutes oculos tuos*. Et ante istud, traditur mississima præceptio: *Non associes te viris iniquis, sive, non facias tibi socios viris impietatis*. Epictetus Canon 53: «Novis, ait, si contaminatus es: eius fuerit, necessarium esse, eum qui cum eo conversatur, contaminatum etiam eum: «dere;» de quo pluribus postea, eodem capite. Rursusque ante illud: *Elemosyna liberat*, inseruntur Hebraicè: *Possidebitis autem divitias et thesaurus argenti et aurum in iustitiâ*. Nam thesauri nihil proderunt, si elemosyna liberabit à morte. Et quicumque facit elemosynam, is videbit faciem Dei, sicut scripsum est: *Ego in iustitiâ contemplantor faciem tuam, et qui occupaverit eâ, de caelis sun*. Serarius.)*

VERS. 13. — ATTEDE TIBI AD OMNI FORNICATIONE (1). Quintum monitum.

(1) Græcus et antiqua Latina versio fœsius: *Attende tibi, fili, ab omni fornicatione; et uxorem primam accipere de seniore patrum tuorum: non accipias uxorem alienam, que non est de tribu patris tui, quoniam filii Prophetarum sunt. Noe, Abraham, Isaac, Jacob, isti patres nostri à seculo. Memorans, fili, quia ipsi omnes acceperunt uxores ab fratribus suis, et benedixit autem in filiis suis; et senes eorum habebant terram. Et sane, fili, dilige fratres tuos. Gemina ferunt legant Hebræus uterque cum S. Cypriano: *Uxorem accipere ex seniore patrum tuorum, et veli sanere alienam mulierem, que non est ex tribu patrum tuorum*. Congruunt hæc omnia legi connubis peregrinarum interdicti.*

ATTEDE TIBI, FILI MI, AB OMNI FORNICATIONE. Qui omnem dicit, nullam omnino excepit, ne illam quidem que simplex dicit solet, etiam si accuratam proles curam sponderet. Ideoque addit: *Et præter uxorem tuam, nullam patris crimine scire*. Qui solum uxorem concedit, crimen scortum, pellicem, concubinamque prohibet? Qui, extra conjugium, procreationis operi operam dari nunquam vult, allumne putulantia, obscenitatis, Plantinive ludis tempus indulget? Atque sic etiam Apostolus 1 Cor. 6: *Fugite fornicationem. Nolite errare. Neque fornicari, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque ebrietas, neque maledicti, neque rapaces, regnum Dei possidebunt*. Galat. 5: *Manifesta sunt opera carnis, que sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, ebrietas, comestio onnes, et his similia, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur*. Ephes. 5: *Fornicatio et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut invidiosum, aut scurrilitas*. Hoc enim sciote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus, etc., non habet hereditatem in regno Dei et Christi. Nam Heb. 13: *Fornicarios et adulteros iudicabit Deus*. Et Apoc. 21: *Fornicatorum pars erit in stagno ardenti igne et sulphore, quod est mors æterna*. Videtur et D. Aug. q. 71 super Exod. serm. 16, de Verbis Domini, lib. de decem Chordis, c. 10, contra eos qui dicunt: *Uxorem non habeo; facere possum quod volo; ad meretricem rado*. D. Thom. 2 quæst. 134, art. 2, Cajetanus ibid.; Sotus lib. 5 de iustitiâ, q. 3, art. 3. Esti verò amorum vagarum libidinum intolrabiles apud ad vitiosos licentia erant, non deficietiam. Tenent, licet, quærentur etiam in Tusculanis Tullius, æquò pauciores, qui modestiam et conjugalem tantum societatem probarent. Præcipit de legibus lib. 7. Plato: *Nemo an leat vitam attingere, præter legitimam suam uxorem*. Epictetus Canon 57: *Circa Venere pro viris, ante conjugium, casum parumque esse oportet*. Formosissima erat Laïs meretrix; poscenti tamen pro flagitio coronatos mille, dixit apud Gellium lib. 1, c. 8. Demosthenes: *Pœnitere tanti non eno*. At scortatoribus omnibus aeterna, ut paulo ante audivimus, in igneo sulphureo, quo stagno supplicia exsolvenda sunt. Cur miseri et ter qualerque infelices, tam triste,

VERS. 14. — SUPERBIA (1) FUGA. Sextum: *IPSa ENIM INTITUM SUBSTITUIT OMNIS PERBITIO, tum in Lucifero et Adamo, tum in quovis peccatore, etiam minimi præcepti divini transgressionem, dum nempe homo, qui Deo totus et ex se subditus esse debet, super ipsum it (id est, superbit) præcepti illius transgressionem; ita Proseper de Viâ contemplativâ, c. 2.*

VERS. 15. — MERCEDEM MERCATORUM RESTITUE (2). Septimum monitum. Octavium, v. 16, *justitiam erga omnes alios*. (5)

tamque festinam pavore, tanti emimus? O recordamur! O cæcitemur! (Serarius.)

(1) SUPERBIA MODOUM IN ISTO SENSU, AUT IN TUO VERO ROMANUM PERMITTIS; IS IPSA ENIM INTITUM SUBSTITUIT OMNIS PERBITIO. Cuiusmodi hoc exitio fuit anglis prodelibus, et primo hominum parenti in paradiso; nec melius factum manes esse qui orbium colunt. Omnia vitia è superbâ oriuntur. Græcus legit: *Fili mi, noli superbia corde tuo pro fratribus tuis, et filiis, et filibus populi tui; accipe tibi ex eis uxores, quoniam in superbâ perdidisti et perturbato nulla, et in nequitiâ diminuitis et egestas magna*. Hebræus Fagii: *Al fili, dilige proximum tuum sicut te ipsum, neque contemnas a fratres tuos, filios populi tui, qui non potius uxorem tibi ducito ex eis. Præcedit enim comminatio in fastus, et atei ruiam superbia animi; namque ubi fastum animi perperas et approbium venit in mundum; et opprobrium est mater famis*. Editio Munsteri: *Fili mi, pone cor tuum ad opera tua? vel attende rebus tuis, et qua oderis tibi fieri, alius non feceris*. (Calmet.)

(2) Ex præcepto leg's, jubentis mercedem ante solis occasum solvi. Addit Græcus: *Si servieris Deo, reddatur tibi*. Attende tibi, fili, in omnibus operibus tuis, et esto erudis in omni conversatione tuâ. Hebræus Fagii: *Merces operarii tui ne pernoctet in manu tuâ; sic fiet ut quicumque petieris, Deus usitum suppetiet tibi*. Audi, mi fili, et attende verba mea. Temperans esto in conviviis tuis tuis. (Calmet.)

(5) VERS. 16. — QUOD AB ALIO OBIIS FIERI TIBI, VIDE NE TU ALIQUOD ALTERI FACIAS. Sententia est, quod tanquam in iustitiam edere si alio tibi fieri, vide ne alteri facias. Et eodem modo intelligendum est affirmativum illud præceptum in Evangelio Math. 7: *Quicumque multus ut tibi faciat homines, eadem et non facite illis*. Sententia enim est: Quicumque vultis iusta et rationalibus voluntate vobis ab aliis fieri. Explicat enim hæc duo præcepta naturæ istud præceptum Dei, et vicissim ab eodem explicantur: *Dilige proximum tuum sicut teipsum*. (Estius.)

Illustris est hæc lex et norma charitatis erga proximum, quom et Jesus Christus repetit, et imperator quidam romanus admirans magnam hæc Christianorum sententiam, insculpendum curavit in adibus suis, exteriusque publicis adiecit. Addit hic Græcus: *Vinum ad ebrietatem ne bibas, et non licet tecum ebrietatis in viâ tua*. Hebræus Fagii: *Non ulciscaris, neque servos illatam injuriam. Vinum ad ebrietatem ne bibas, neque cum tenuento*

VERS. 18. — PANEM TUUM ET VINUM SUPER SEPULTURAM IUSTI CONSTITUE (1). NORUM, DE CONVIVIO SEPULCRALI IN MORTE AMICORUM *Hebraeorum*, quos hic nomine *justorum* intelligit, ad

consuetudinem habes in omnibus viis tuis. Munsteri editio: Subiacas quoque te ab ebrietate, et nulla vanitas unquam urideat tibi. Vetus latina editio: Et quod oderis, alii ne feceris, et non committas te in nequitia in omni vita tua.

VERS. 17. — PANEM TUUM CUM ESCULENTIIS ET EGENS COMEDE. Addit Græcus: *Omne quodcumque superaverit tibi fac elemosynam, et non tui videat oculus tuus in faciendo te elemosynam.* In eandem fermè sententiam incidit *Hebraeus: Elemosynam dabis corde non invido.* (Cabinet.)

(1) Quidam nihil aliud designari his verbis arbitrantur, quàm: Da panem vinumque sibi et fame laborantibus et egenis, ne ad mortem et sepulcrum adigantur. Castallo ita interpretatur: Sipeca erga defunctos pietas, et optima ratio libationum super tumulos est bona præstare viventibus; id enim defunctis est præcèssimum. Censet Grotius, Tobiam hortari filium suum, ut munera, cibos et vinum optimum mittat ad Israelitas, lugentes funus propinquorum. Notus est in Scripturâ mos ferendi ejus generis munera; sed nunquam ibidem legitur delatio dapum et vini super tumulos. Ita Grotius. Maluerunt alii, sermonem hic esse de convivio quos post funera instruebantur. (Cabinet.)

Græcus ita textus habet: *Effunde panes tuos in sepulcrum justorum.* *Hebraicus verò: Non sit duram in oculis tuis, panem tuum, et vinum tuum effundere super sepulcrum justorum.* Quæ verba sibi quid velint, queritur. Munsterius duplicem hic expositionem affert. Prior est: Non occidas justos, subtrahendo illis panem. Sed valde contorta esset phrasus, et nusquam audita, potiusque dicere debuisset, *super vivos, vel, in vivos;* deinde idem diceret jam quod dixerat. Posterior expositio: Pone panem super justorum os, quia sepulcrum vocatur os, *Psalmo 6.* At non quorundam os sepulcrum vocatur, sed impiorum tantum, et quidem hereticorum maxime, unde mendaciorum mores *ezchazarit*, inquit Augustinus lib. 2 contra litteras Petilliani, c. 45. At hic in Latino, Græco et *Hebraico*, justorum perpetua mentio est. Alia dari potest expositio, ut ob justorum sepulcrum, seu, ut justo sepeliatur, conferatur annona tota. Nam pro, ob, interdum ponitur, *super*, et consentaneum videtur ut pium opus, quod maxime sectabatur Tobias, filio commendaret. Sed non tam ad sumptum faciendum, qui in captivitate et occultâ sepeliendi ratione nullus fiebat, quàm ad ipsam laborem et opus exhortatione opis fuisset, quantum suo exemplo etiam exhortatus erat; sicuti etiam ad patientiam, furto detestationem, et similia. Justi hic dicuntur, qui ex Israelis stirpe sunt, nec à verâ religione deservierunt, eo tamen modo stirpem accipiendò, quo Roman. 9, vers. 8, docet Apostolus, filios promissionis in semine illo beato æstimari. His ergo tantum bene esset mortuis faciendum, non aliis qui omnem generali vocabulo vocarentur pec-

distinctionem impiorum gentilium, inter quos vivebant *Hebræi*. Porrò solebant veteres, non gentiles modò, sed et *Judæi*, mortuorum suorum sepulcris cibum potumque superpo-

catores, vel certè eùm justos illos vitâ functos misericordiâ beneficentiæque operibus recreare volumus, non esset in homines improbè viventes id beneficii conferendum. Quemadmodum tamen ad mortuos et vivos pandi posse videbatur præceptum superiis, ita isud alterum cur intelligi nequeat, ut et pro infidelibus mortuis elemosynas fieri, et cum sceleratam vitam agentibus familiaritatem consuetudinemque haberi vellet? Hæc enim per cibi potisque communionem significatur. Imò, quia sola sententiarum vicinitas in præceptorum variorum conglomatione, nequit facere ut prioris ratio sit posterior sententia, de solo cum hominibus nequam convivi, et de eâ quæ per hunc efficitur et significatur familiaritatem, præceptum hoc intelligere, cum D. Gregorio loco citato, possumus, ejusque præcepti utilitas et necessitas quotidiano usu comprobatur. Diodori lib. 12 egregia hæc narratio est: *Scriptis Charondas legem de consuetudine civium pravorum et confabulatione, protectò elegantem, à cæteris scilicet legum laboribus prætermissam. Nam*

consideratâ humane mentis inconstantiâ, et levitate animorum, nonnullam competentium, viros quantumvis bono et modesto ingenio natos, bonisque educatos artibus, flagitiosorum consuetudine et amicitia paulatim ab honestatis procul viâ aversos, in vitia et improbitatem corruisse, tum ipsam flagitii labem veluti pestilentiam quandam contagio sensim irrepere in cœtus hominum et parvo primùm initio, post viribus sumptis et latius manando; jam populum universum (quod sæpè conspectum est) in vitium trahere, vitamque humanam deformare, atque ita veluti tertio morbo infectis prohorum mentibus, virtutem honestatemque demoliri. Obvia namque patet, ac lubrica ad libidinem viâ, facileque delabatur per voluptatem in flagitium prona mortalitas. Unde peroseque constat continentie principio spectatæ et probis moribus viros, quibusdam post claudesinis voluptatis libidinisque illecebris sensim delapsos à probitate, demùmque veluti expugnâtâ ingenui virtutisque integritate, pellectos in tetera rima fœdissimaque flagitia, vitam precipitasse. Hinc occursum esse pesti ac labi cupiens legislator, vel ejus originem procul advertere à republicâ, vel exortum in ipsi primordiis exingere et eradicare, civis suos à familiaritate et consuetudine peccatorum, lege prohibuit, actionemque pravæ consuetudinis constituit; gratiæque ejus delicti reis impositâ mulctâ, licentiam coercuit, reliquos à delinquendo ratos deterruit, eos iri metu pœnâ. Et postea: De sceleratorum familiaritate et consuetudine scriptum accepimus, quem sociis flagitiosis delectari conspexerim, eum qualis sit, haud præcunctari perrexerim, eùm cum sodalibus esse persimlem minime dubitârim. Ne te conjunge pravus, ait Theognis,

nere; *Ecel. 50: Appositiones epularum circumposite sepulcro.* Vel domi saltem amicis, aut pauperibus apponere, quæ Festus et Ovidius, *feralia et inferias* vocant, Nonius, *silicernia*, Plautus *pollincturas*. Livius, *viscerationes*. Id autem fiebatâ gentilibus quibusdam, stultâ persuasionem, quasi iis epulis egerent et vescerentur defuncti, teste S. Augustino serm. 11, de Sanctis. Et idem sibi etiam nostro seculo persuadent Peruviani et Japonenses non pauci, ut Gaspar Villela scribit *Epist. Indiar. l. 2.* Sed *Judæi* id faciebant, primò, ut honor aliquis liberetur mortuis; secundò, ut iisdem hæc elemosyna pro ipsis facta, auxilium aliquod impetraretur à Deo, puta posarum Purgatorii relaxationem; tertio, ut in eundem finem eodem epulo excitarentur convivæ ad orandum pro defuncto; quarto, ut idem epulum saltem alicui solatio esset amicis mortuum lugentibus, et ejus absentiam dolentibus. Et hæc easdem ob causas etiam Christianos habuisse hanc consuetudinem stipes et sportulas in amicorum funere dandi pauperibus, et ad epulas convocandi cognatos et affines, testantur Clemens Romanus, Chrysostomus et Gratianus. Et durat etiamnum hæc consuetudo toto orbe christiano.

Sed conjunge bonis; et ab his bona plurima disce.

Cum pravus vivens, tu quoque pravus eris. Qui tetigerit picem, ait noster *Sirachides cap. 15, vers. 4, inquinabitur ab eâ; et qui communicaverit superbo induet superbiam.* Paulo ante verò dixerat c. 12, v. 15: *Quis miserabitur incantatori à serpente percusso, et omnibus qui appropriant bestiis? sic et qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus.* Ecce, sodales malos veneratis serpentibus, et feris mordacibusque bellis comparat; adeoque ab his cavendum monet, ut etiam eos extimescere debeant, qui aliqui carminibus et arte, ut *Psal. 57* quidam, vel ipsâ etiam corporum proprietate, ut *Paylli et Marsi*, de quibus lib. 28, c. 5, *Plin.*, illarum vim et immanitatem cicurare posse videantur, quodque miserimum est, qui harum aut veneno aut morsu et laniati lesi fuerint, ne miseratione quidem dignos pronuntiat. Fuge, ô adolescentens, fuge angues; fuge bestias istas, Christiani omnes: Quia, inquit S. Augustinus, serm. 146, membra Christi facti estis admodum vos; timeo de vobis, non tantum à pagenis, non à *Judæis*, non ab hereticis, et quantum à malis Catholicis. Eligite vobis de populo Deo quos imitemini. Nam si turbam imitari volueritis, inter paucos angustam viam ambulantes non eritis. Abstinetis vos à fornicatione, à rapinis, à fraudibus, à perjuriis, ab illicitis rebus, à jurgibus; ebrietatis repellatur à vobis; adulterium sic timeo quomodo mortem, non quæ solvit animam à corpore, sed ubi anima semper ardebit cum corpore. (Serarius.)

stiano. Consuetudo tamen apponendi epulas ipsi sepulcro, ut hoc quasi contactu sanctorum cadaverum etiam ipsæ sanctificarentur, quia nimis excelebat ad superstitionem gentilium, qui suorum manibus hoc ferè ritu parentabant. Itemque propter abusum in publico comessandi, jure merito à S. Ambrosio et temporibus et cometeriis sublata est, cujus S. Augustinus et reliqui prælati secuti exemplum, jussurunt ejusmodi epulas domi institui, et esculenta pauperibus ibidem erogari. Vide *Franc. Turrianum lib. 4, pro epist. Pontif. cap. 15, et Robertum Bellarminum de Purg. l. 1, c. 15.* Tale ergo elemosynam sepulcrali jubet hic Tobias per filium institui more patrio, sed vetat, pro decimo monito, *ex eo epulo manducare cum peccatoribus*, quo nomine *Assyrios* reliquosque gentes notat, cum quibus consortium omne et convictum seu familiaritatem prohibet.

VERS. 19. — CONSILIUM SEMPER A SAPIENTE PERQUIRE (1). UNDECIMUM MONITUM. DUODECIMUM.

(1) *Lauda 4 Ethic. c. 4, Aristot., Hesiodos istos versus: Optimus ille quidem est, ex sese qui omnia novit. Sed quousquisque talis? Addit ergo: Is rursum bonus est, parè qui recta monenti. At qui ex se nescit, cuiquam nec porrigit aures. Ut bona percipiat, demens et inutilis ille est. Erit, ait Ecclesiastes, 32, vers. 24, sine consilio nisi il facias; et post factum non parvichia. Et Salomon cap. 19, vers. 20: Audi consilium tu, et sæpè disciplinam, ut sis sapiens in variisimis tuis. Quod ferè hoc loco *Hebraeorum* textum alter expressit, dum ait: Audi et accipe à qualibet, qui tibi desiderii consilium bonum: Græcus verò: Consilium ab omni prudente quaeras, neque ullum utile consilium asperneris. Exstant in libro *Pirke avoth c. 2, pulchra Gamalielis sententia, inter quas ista:**

Qui multiplicat legem, multiplicat sapientiam. Intellegentiam, etiam.

Semper verò de sapientis consilio agitur, quia ut apud *Ecclesiasticum* est c. 8, v. 20: *Cum fatuus consilium non habens. Non enim poterat diligere, nisi quæ ei placeat.*

Divinum à nobis majestatem, non semel tantum, aut his, sed semper laudari precipit, et licet multa sint quæ ab eâ precari nos oporteat, quo tamen hic potissimum proponuntur, honorum scilicet consiliorum successio, et via ipse nostras dirigat, ad hoc ut omnia nostris in eo consilia permaneat; ab ejus gloriâ nusquam defleant; ab eo manu semper teneantur. Horum verò præter eam quam textus alii suggerunt exhibitionem, aliam afferre non est consilium: *Hebraeus ergo sic: Omni tempore pete à Domino, et ipse diriget gressus tuos, atque consilium tuum, quoniam non est in hominibus manum consilium, aliquid sed in manibus Dei, qui est benedictus, quia om-*

cum versu seq. de conformitate voluntatis cum Deo.

via que vult faciet; istumque humiliabit et illum exaltabit. Grævus verò : Dominum Deum benedic mihi tempore; et ab ipso pete, ut recte fiant viæ tuæ, omnesque semitæ et consilia tuâ bene procedant, seu secundentur. Neque enim est ulla gens, que consilium habeat; sed ipse Dominus bona omnia dat, et quemcumque voluerit, humiliat prout vult. Dùm in mortalium ullo consilium agit, intelligi vult, quoad executionem, ut patet ex adjuactis, quia omnia que vult facit, istum humiliabit, illum exaltabit, inò, quoad ipsam etiam consilii inclinationem nihil, absque Dei ope, potest homo, sed omnium maxime in his que ad æternam salutem pertinent. Ideoque parùm illud in Isoratis Patrensi laudandum: Bona deliberatio ab hominibus est, ejus prosperitas à diis. Sufficiens non sumus, ait S. Paul. 4 Cor. 5, cogitare aliquid à nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Postremum verò illud de quorundam depressione, aliorumque sublatione non ineleganter veterum quidam exposuit, cum interrogatus quid ageret. Deus respondit: Effert humiles, dejicit elatos. Et præter Homerum Iliados 17, suorum operum initio Hesiodus: Facile quæcumque extollit, elatumque facile deprimit et affligit. Vide Psal. 113 et 114, Luc. 4, v. 52, Ecclos. 10, v. 16, 17.

Cur hoc filio mandat, additur in Hebræo causa, quia nesciant diem mortis meæ, estque

CAPUT V.

1. Tunc respondit Tobias patri suo, et dixit: Omnia quæcumque præcepisti mihi, faciam, pater.

2. Quo modo autem pecuniam hanc requiram, ignoro: ille me nescit, et ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illud, aliquando cognovi.

3. Tunc pater suus respondit illi, et dixit: Chirographum quidem illius penes me habeo: quod dùm illi ostenderit, statim restituet.

4. Sed perge nunc, et inquire tibi aliquem fidelem virum, qui est tecum salvâ mercede suâ: ut, dùm adhuc vivo, recipias eam.

5. Tunc egressus Tobias, invenit juvenem splendidum, stantem præcinctum, et quasi paratum ad ambulandum.

6. Et ignorans quod angelus Dei esset, salutavit eum, et dixit: Unde te habemus, bone juvenis?

7. At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum?

VERS. 22. — PERQUIRE QUOMODO AD GABELUM PERVENIAS, ET RECIPIAS DECEM TALENTA. EST HOEC DECIMUM TERTIUM. DECIMUM QUARTUM ET ULTIMUM.

VERS. 23. — De constanti spe in Deum, etiam in extremâ paupertate (1). Cujus rei præclarum narrat exemplum Sophronius de adolescentente, qui facti sibi à parente optione, an mallet omnes parentis hereditare thesaurus, an Christum solum sibi curatorem relinqui, spreto thesauro, Christum præcepit. Ergo inops primùm et mendicus (nam parens omnia sua pauperibus erogarat), post tamen paulò extremè ditatus est.

Hebraismus, pro, nescitur dies mortis meæ. Atque hanc ob causam, debent etiam parentes de bonorum suorum negotiis, de contractibus, nominibus, totoque testamento mature omnia constituere. (Serarius.)

(1) Suavissima et consolentis plenissima est hæc ultima Tobie sententia. Quem enim pauperem et mendicem non receret? Quem ad huiusmodi virtutis cultum non excitet? Multa, inquit, bona habebimus, tam in hoc seculo, quam in futuro seculo. Sed in futuro omnium certissime et abundantissime. In hoc tamen, bona etiam quædam pater Deumque timentes homines consequuntur. (Serarius.)

CHAPITRE V.

1. Alors Tobie répondit à son père, et lui dit: Mon père, je ferai tout ce que vous m'avez commandé.

2. Mais je ne sais comment je pourrai retirer cet argent. Gabelus ne me connaît point, et je ne le connais point aussi; comment me ferai-je connaître à lui? Je ne sais pas même le chemin par où l'on peut aller en ce pays-là.

3. Alors son père lui répondit: J'ai son obligation entre les mains; et aussitôt que vous la lui ferez voir, il vous rendra l'argent.

4. Mais allez chercher présentement quelque homme fidèle qui puisse aller avec vous, en le payant de sa peine, afin que vous receviez cet argent pendant que je vis.

5. Tobie, étant sorti ensuite, trouva un jeune homme éclatant, qui avait retronné sa robe avec sa ceinture, étant comme prêt à marcher.

6. Et ne sachant pas que ce fût un ange de Dieu, il le salua, et dit: D'où êtes-vous, bon jeune homme?

7. Il lui répondit: Je suis des enfants d'Israël. Tobie lui dit: Savez-vous le chemin qui conduit au pays des Mèdes?

8. Cui respondit: Novi et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

9. Cui Tobias ait: Sustine me, obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

10. Tunc egressus Tobias indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum.

11. Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper.

12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cæli non video?

13. Cui ait juvenis: Forti animo esto: in proximo est ut à Deo curesis.

14. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? et cum redieris, restituum tibi mercedem tuam.

15. Et dixit ei angelus: Ego ducam et reducam eam ad te.

16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de quâ domo, aut de quâ tribu es tu.

17. Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?

18. Sed ne fortè sollicitum te reddam, ego sum Azarias, Ananiam magni filius.

19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu: sed peto ne irascaris quod voluerim cognoscere genus tuum.

20. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum.

21. Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et angelus ejus comitetur vobiscum.

22. Tunc paratis omnibus, quæ erant in viâ portanda, fecit Tobias vale patri suo et matri suæ, et ambulaverunt ambo simul.

23. Cùmque profecti essent, cepit mater ejus flere, et dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, et transmisisti à nobis.

24. Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro quâ misisti eum!

8. L'ange lui répondit: Je le sais; j'ai fait souvent tous ces chemins; et j'ai demeuré chez Gabelus notre frère, qui demeure en la ville de Rages au pays des Mèdes, laquelle est située sur la montagne d'Ecbatane.

9. Tobie lui dit: Je vous supplie d'attendre ici un peu, jusqu'à ce que j'aie rapporté à mon père ce que vous venez de me dire.

10. Alors Tobie, étant rentré, rapporta tout ceci à son père, qui, admirant cette rencontre, lui ordonna de prier ce jeune homme d'entrer.

11. Etant donc entré, il salua Tobie, et dit: Que la joie soit toujours avec vous.

12. Tobie répondit: Quelle joie puis-je avoir, moi qui suis assis dans les ténèbres, et qui ne vois point la lumière du ciel?

13. Le jeune homme lui répondit: Ayez bon courage; le temps approche auquel Dieu vous guérira.

14. Alors Tobie lui dit: Pourrez-vous mener mon fils chez Gabelus en la ville de Rages au pays des Mèdes? et quand vous serez de retour, je vous paierai votre peine.

15. L'ange lui dit: Je le menerai et vous le ramènerai.

16. Tobie lui reprit: Dites-moi, je vous prie, de quelle famille, ou de quelle tribu êtes-vous?

17. L'ange Raphaël lui répondit: Cherchez-vous la famille du mercenaire qui doit conduire votre fils, ou le mercenaire même?

18. Mais de peur que je ne vous donne de l'inquiétude, je suis Azarias, fils du grand Ananias.

19. Tobie lui répondit: Vous êtes d'une race illustre; mais je vous supplie de ne point vous fâcher, si j'ai désiré de connaître votre race.

20. L'ange lui dit: Je menerai votre fils en bonne santé, et je vous le ramènerai de même.

21. Tobie lui répondit: Que votre voyage soit heureux; que Dieu soit avec vous dans votre chemin; et que son ange vous accompagne.

22. Alors ayant préparé tout ce qu'ils devaient porter dans leur voyage, Tobie prit congé de son père et de sa mère, et ils se mirent tous deux en chemin.

23. Aussitôt qu'ils furent partis, sa mère se mit à pleurer, et à dire: Vous nous avez ôté le bâton de notre vieillesse, et vous l'avez éloigné de nous.

24. Plût à Dieu que cet argent, pour lequel vous l'avez envoyé, n'eût jamais été!

25. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

26. Dixitque ei Tobias: Noli flere, salvus perveniet filius noster, et salvus revertetur ad nos, et oculi tui videbunt illum.

27. Credo enim quòd angelus Dei bonus comitetur ei, et benè disponat omnia que circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

28. Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, et tacuit.

25. Le peu que nous avions nous suffisait, pour croire que ce nous était une assez grande richesse de voir notre fils.

26. Tobie lui répondit: Ne pleurez point; notre fils arrivera en Médie sain et sauf; et il reviendra vers nous dans une parfaite santé; et vous le verrez de vos yeux;

27. Car je crois que le bon ange de Dieu l'accompagne, et qu'il règle tout ce qui le regarde; et qu'ainsi il reviendra vers nous plein de joie.

28. A cette parole, sa mère cessa de pleurer, et elle se tut.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et respondens Tobias dixit ei: Pater, faciam omnia quæcumque mandasti mihi; — 2. Sed quomodo potero accipere argentum, et non cognosco quem? — 5. Et dedit ei chirographum, et dixit ei: — Quære tibi hominem, qui simul ibit tecum, et dabo ei mercedem, dum vivo; et accipe vadens argentum. — 4. Et ivit quærere hominem, et invenit Raphael, — qui erat angelus, et nesciebat. — 5. Et dixit ei: — Si possum ire tecum in Ragis Mediæ, et si peritus es locorum? — 6. Et dixit ei angelus: Ibo tecum, et apud Gabael fratrem nostrum commoratus sum. — 7. Et dixit ei Tobias: Sustine me, et dicam patri. — 8. Et dixit ei: Vade, et ne tardaveris. — Et ingressus dixit patri: Ecce inveni qui simul ibit mecum. At ille dixit: Voca ipsum ad me, ut agnoscam, cujus tribus est, ac si fidelis ad eundem tecum. — 9. Et vocavit eum, et introivit: et salutarunt se invicem. — 10. Et dixit ei Tobit: Frater ex quâ tribu, et ex quâ patri es tu? indica mihi. — 11. Et dixit ei: Tribum et patriam tuam quæris; an mercenarium, qui simul ibit cum filio tuo? Et dixit ei Tobit: Volo, frater, agnoscere genus tuum et nomen. — 12. At ille dixit: — Ego Azarias Ananiae magni de fratribus tuis. — 13. Et dixit ei: Sanus venias, frater: et ne mihi irascaris, quia quævisi tribum tuam, et patriam tuam agnoscere. Et tu es frater meus ex pulchrâ et bonâ progenie. Cognovi enim ego Ananiam et Jonathan filios Semei magni; quomodo ibamus unâ in Hierosolyma ad orandum offerentes primogenita, et decimas genitimum; et non erraverant in errore fratrum nostrorum. De bonâ radice es frater. — 14. Sed dicto mihi, quam tibi ero mercedem daturus? Drachmam die, et necessaria tibi, sicut et filio meo. — 15. Et adhuc adieciam tibi super mercedem, si sani revertetis. — 16. Et benè senserunt sic; et dixit ad Tobiam: Paratus esto ad viam, prosperemini. Et paravit filius ejus, quæ ad viam. Et dixit ei pater ejus: Vade cum homine hoc. Qui autem in cælo habitat Deus, prosperabit viam vestram; et angelus ejus ibit vobiscum. Et exierunt utrique ad eundem, et canis pueri cum eis. — 17. Ploravit autem Anna mater ejus, et dixit ad Tobit: Quid emisisti filium nostrum? an non virga mandis nostræ est in egrediendo ipsum et egrediendo coram nobis? — 18. Argentum argento non antevertat, sed perpensa filii nostri sit. — 19. Quomodo enim datum est nobis vivere à Domino, hoc satis multum nobis est. — 20. Et dixit ei Tobit: Ne sollicitudinem habeas, soror: sanus veniet, et oculi tui videbunt eum. — 21. Angelus enim bonus ibit cum eo; et prosperabitur iter ejus, et redibit sanus. — 22. Et cessavit plorans.

COMMENTARIUM.

Vers. (1) 5. — Invenit singulari Dei provi-

(1) VERS. 2. — QUOD SIGNUM DABO EI? etc. Filius hic versiculo secundi dicit in Græco et Hebræo Fagii, legiturque tantummodo in editione Munsteri. Meminisse oportet, ambrosios hocce textus nihil habere superius de Gabael chirographo, quod tamen in versiculo sequenti agnoscunt.

VERS. 3. — CHIROGRAPHUM QUIDEM ILLIUS PEJUS ME HABEO. Editio Munsteri: Dixit ad Tobiam filium suum: Hoc est signum, de quo illi

dentia juvenem splendidi, seu eleganti for-
dices, quòd marsipium suum mihi dedit, et ego dixi: Accipe pecuniam hanc de manu meâ. Sed autem hodie viginti anni, quando tradidit argentum in manu ejus. Hebræus alter: Confestim protulit chirographum ejus, etc., scripsum licet cautionem, si mutuo data ea pecunia censuatur; vel mutuo depositi confessionem, si depositum malueris. Vetus latina versio fert, datum fuisse chirographum utrique, alterum quidem à Gabelo, alterum verò à To-

mâ (1). Juvenilem formam, eamque elegantissimam solent hori angeli adsciscere, dum hominibus apparent, ut illâ formâ designent inditam sibi à naturâ pulchritudinem, robur ac vigorem, qui nullo unquam senio marcescit, inquit S. Dionysius. Reliquos verò habitus, iis ad quas mittuntur, functionibus aptari solet, v. g., ad læta nuntianda, ad spectatores exhilarandos, splendidam assument vestem, ad terrendos vel puniendos malefactores, gladium stringent, hastam vibrabunt, equos agitant. Raphael ergo, ut omni ex parte commodum ducem expediret, iter se exhibeat, speciem et juvenilem et mercenariam assumpsit (2).

VERS. 8. — RAGES IN MONTE ECBATANIS. Vide c. 5, v. 7 (5).

bâ, qui syngrapham simul et pecuniam traderit, addique, ante sex et viginti annos depositum ejusmodi creditum fuisse.

(1) Nescio quid minoris et majestatis intuitus est in juvenis ore Tobias, idque tunc quidem naturalem esse hominis votem censuit, deinde verò agnovit translucentem esse fulgorem illius gloriæ, quâ ille in cælo fruebatur. Alii splendidi accipiunt pro eleganti et optimo disposito, vel pro viro ingenio et genere illustri, qui natalium majestatem ore præferbat. Græcus: *Invenit Raphael, qui erat angelus, et nesciebat. Hebræus Fagii: Statim accepta in manus sua pecunia, quâ solveret itineris duci mercedem, egressus est in forum, ut quæreret hominem qui secum proficere sciret; et ecce angelus Raphael, hominis similitudine accepta, stetit in foro.* (Calmet.)

(2) VERS. 6. — SALUTAVIT EUM; Tobias scilicet juvenem, seu Raphaelem, sub juvenis specie. Hebræus Munsteri refert, Raphaelem interrogasse Tobiam, unde esset: *Dixit angelus ad Tobiam: Adolescens, unde es tu? Respondit Tobias, et ait: Mi domine, nostri viam quâ me ducis in Mediam?*

UNDE TE HEBRÆUS? . . . v. 7: AT ILLE RESPONDIT: EX FILIIS ISRAEL. Desunt hæc in Hebræo, Græco et Syriaco; sed in veteri latînâ Versione legitur, Tobiam interroganti unde esset, respondisse angelum se nunc esse e filijs Israël, fratris ejus, et: *Veni, ait, hæc ut operer.* (Calmet.)

(3) VERS. 8. — MANSI APUD GABELUM FRATREM NOSTRUM. Hebræus Græcusque exprimere possunt solummodo: Noctem egi, velut hospes alio tendens, vel diutius substiti tanquam hospes, non veluti sedem ibi diuturnam habiturus. Deique Raphael indicat se fuisse in Rages, atque apud Gabelum diversisse.

RAGES, QUE POSTA EST IN MONTE ECBATANIS; id est, in montibus circa Ecbatanâ jacentibus, seu potius in montibus Mediæ; dicit enim Stephanus, nomen *Ecbatanorum* ad maximum ejus regionis partem porrigi. Hebræus Munsteri, et vetus latînâ versio: *Rages provincia Medorum, estque iter duorum dierum ab Ecbatanis usque ad Rages; et Rages quædam est in montanis; Ecbatana autem in planitie campi.*

VERS. 12. — QUALE GAUDIUM MIHI ERIT? Est naturalis et moderata querela. Ut erat Cedeonis Judicum 6, v. 15, et Berzellai 2 Reg. 19, v. 35. Respondet Angelus:

VERS. 18. — EGO SEM AZARIAS ANANIAE MAGNI FILIUS (1). Witakerus dicit Angelum hic men-

Nihil tale exhibent altera Hebræi editio et Græcus, apud quos nec ea legitur, quæ de situ Rages docet Vulgata.

Græcus, Syrus, et Hebræus Fagii omittunt versus 12, 15, 14, 15, quos tamen, ita ferè ut Vulgata, exhibet Hebræus Munsteri. Cæterum plana sunt omnia in textu. Vetus latînâ versio ingredientem Raphaelem primùm à Tobîâ salutatum fert; cui angelus parem salutationem rependit, omnem gaudii copiam illi optans. Id officium erat apud eas gentes consuetum, ut dignissimus quisque salutem diceret primus, inferior redderet; id quod adhuc apud Turcas perseverat. (Calmet.)

(1) Non satis exploratus est Ananias iste, cujus se filium Azarias vel Raphael assertit. Constat utique ad tribum Juda, Benjamin et Levi non pertinuisse; superius enim, v. 7, dixit, unum se esse ex Israëlitis, et Tobias senior testatur inferius, v. 19, in Græco, se nosse Ananiam et Jonathanum, filios Semei magni, quibus comitibus Hierosolymam proficisci solebat.

Mentitur ibi angelum ait impodens ille Witakerus lib. 4 contra Edmundum Campianum, f. 77. Sed his hæreticis sublimi hinc, hinc hæreticus alius, Drusus: « Hælli, ait hinc in locum scribens, homines, sive quod hæc scribunt, sive quod credunt, scilicet mendacium injusmodi nullum extare in libris canoniceis. Atqui diabolus, Samuel nuncupatur, 1 Reg. 28. » Ita iste. Dico ego, verò angelum dicere se Azariam esse, idque dupliciter. Primò quia illius formam et personam præse ferabat, quem admodum S. Petri imago dicitur D. Petrus. Neque enim majus ille mendacium, quàm eum dicit angelus, Genes. 51: *Ego sum Deus Bethel*, ut eum in locum fatetur Calvinus, et Exod. 5 et 20: *Ego sum Dominus Deus tuus*, ut iis in libris probavi. Hinc D. Athanasius 3 in Synopsi: « Raphael comitatus est illum, in specie hominis, qui Azarias diceretur. » Vide Hieronymum, Dan. 8; sanctus Augustinus serm. 226: « Celavit in primo nomine dignitatem, ne faceret locuti terrorem. Si enim diceret: Ego sum angelus, non esset Tobie mercedarius. » Secundo, verè talis est angelus, qualem se dicit, si nominum notationem spectemus. Azariae est auxiliium Dei; Ananias Hanae vel gratia et donum Dei; Nathan et Jonathas, Dei donum; Selomith, pacifica et retribuens. Quem admodum igitur D. Hieronymus in Math. 23 Zachariam ostendit, ex hominis interpretatione, Barucham esse, ut lib. 4 Regum cap. 12, dicebam; ita Raphael est Azarias, qui Dei auxiliium offert, est filius Dei et gratiae. Unde Lyranus et Carthusianus inquirunt, « quæ ad angelos inter homines dicuntur et fiunt, sunt figurativa; et locutio, quæ dicit Raphael, se ex Israëlitis esse, signat esse charitatis conjunctionem, quâ SS. angeli devotis fidelibus conjunguntur. » Doctorem tamen

liri. Sed absit; nam præferens formam et similitudinem Azariæ, verè poterat dicere, se esse Azariam, sicut Genesis 51, et alibi, quia angelus præferbat personam Dei, verè dicebat: *Ego sum Deus*, ut ibid. agnoscit Wittakeri magister Calvinus; et S. Petri imago vocari solet S. Petrus. Deinde, significatione etiam nominum verè angelus erat is quem se esse dicebat; nempe Azarias significat *auxilium Dei*; Ananias, vel *Hananeel*, ut est in Hebræo, *gratiam* seu *domum Dei*. Afferebat enim angelus iste Tobiam *auxilium Dei*; eratque verissimè *filius gratie* seu *domi Dei*. Ubi notat sanctus Gregorius, homil. in Evang., Angelus ex se nulla habere nomina, sed ea sortiri solum ratione ministerii quo aliquando funguntur.

VERS. 19. — EX MAGNO GENERE, seu ex stirpe valdè nobili, IS TU. Hebræus et Græcus adque dâm legi, qui, in D. Thomæ pag. 1, quest. 51, a. 2, docens fieri posse, ut angelus, quod antea conformatum jam fuit, et in seipso fortè jacebat, corpus assumeret, subdit illic locum istum explicari posse, quia poterit Raphael Azariæ corpus ascendere, vel certè plus altius, qui ex magno Ananiæ prosapia esset. Verum, si alius aliquis corpus assuisset, falsò adhibe Azariam sese diceret. Si Azariæ verò mortui corpus assuisset, resciscere ipsius mortem, vel jam tunc, vel saltem postea ipso adhuc Raphael egresso, potuisset Tobias. Siquè verba sibi data, fraudem factam Tobias judicasset ac doluisset. Esto tamen, nunquam rescivisset, nunquid hominis pars una propriè homo est? Nam isti, contra quos mihi hæc disputatio, nullum in angeli verbum tropum, sed param putam proprietatem voluit. Si verò, ut interdum synecdoche dicitur, una hominis pars homo esse potest, nonne potius animus ipse homo quàm corpus? Cum solum ergo Azariæ corpus sibi Raphael adjuisset, quomodo verum fuisse: *Ego sum Azarias*? Duo igitur alii modi, ut minus hæc angeli oratio mendax, abundè sufficiant. (Serarius.)

L'ange dit au jeune Tobie: *Je suis Israël*; il s'ajoute ensuite, quand il fut introduit chez Tobie le père: *Je suis Azarias, fils du grand Ananias*. Les incrédules l'accusent de mensonge. — Nous soutenons que l'ange qui avait pris la figure d'Azarias le représentait et tenait sa place, et conséquemment pouvait sans mentir se qualifier tel, de même que l'ange dit à Jacob: *Je suis le Dieu de Béthel*, parce qu'il représentait le Seigneur, et parlait en son nom. D'a leurs, l'ange disait la vérité, suivant la signification du nom qu'il avait adopté. Car Azarias signifie *secours de Dieu*, et il étoit réellement envoyé au secours de Tobie. *Ananias* signifie *grâce* ou *don de Dieu*. Or Raphaël étoit réellement le fils de la grâce et de la miséricorde. Il faut savoir, comme saint Grégoire l'a observé, que les anges n'ont point de nom de leur nature, mais qu'ils prennent leur nom de l'office et du ministère auquel Dieu juge à propos de les employer. (Duclot.)

dunt Tobiam subjunxisset, se jam olim novisse Ananiam, et ejus fratrem Jonatham (ita Græcus; Hebræus enim Nathan legit, sed utrumque nomen idem prosus significat, nempe *domum Dei*), novisse, inquam, quando unâ cum filiis de Nephthali Jerosolymam adorandi causâ proficisceretur; neque enim abducti fuerant illi in errorem reliquorum cognatorum seu contribulium, qui ad vitulos Jeroboami adorandos pergebant.

VERS. 27. — In Hebræo et Græco additur, parentem decrevisse filio et Raphaeli victum diurnum, et drachmam unam in singulos dies. Et insuper ultra conductam mercedem aliud honorarium promississe.

VERS. 21. — ANGELUS COMITETER ET (1). VERS. 21, dixerat: *Comitetur vobiscum*. Duriuscula videtur locutio; sed eam Cicero defendit Tusculanâ 5. In memoriam lujus prosperi conductus Tobie per archangelum Raphaelem, voluit religiosissimus Lusitania rex Joannes duas primas in Indiam à se missas naves nominibus Raphaelis insigniri anno 1497, ut refert Maffei. Baronius verò narrat de alio mirabili conductu et custodia, quam Angelus exhibuit duci exercitus Theodosii imperatoris (2).

(1) Ecce non solum exemplum angeli Raphaelis, sed etiam verba Tobie ostendunt hominum curam angelis esse à Deo commissam. Subjicit quasi explicans quod dixerat: *Sit Deus in itinere vestro, et angelus ejus comitetur vobiscum*. Sic rursùm postea idem dicit: *Credo enim quod angelus Dei bonis comiteatur eum*. Facit ergo hoc, sicut et similes scripturæ, contra hæreticos, qui negant sanctorum angelorum pro hominibus apud Deum intercessionem. Si enim cura nostræ salutis à Deo illis commissa est, ergo et intercessio. Adde quod angelus idem infra, cap. 12, aperte dicit: *Quando orabat cum lacrymis, et sepeliebat mortuos, etc., ego obivi orationem tuam Domino, (Estius.)*

(2) VERS. 22. — PARATIS OMNIBUS, QUE ERANT IN VIA PORTANDA. Nemo se via committere tunc solebat sine comætu; neque enim in itinere facilè occurreret emenda vite necessaria, quin et longior interdum peragenda erat via, nullo occurrente loco, quo quis sese reciperet. Mos ferendû in itinere comæatus ubique per Scripturam occurrit et recurret Iherus 6, 7, et 8, 21.

AMBULAVERUNT AMBO SIMEL. Græcus et Syriacus: *Egressi sunt ambo, et canis pueri cum ipsis*. Canem Tobie cum hero iter ingressum notat etiam Hebræus Fagii. Sed præterea initio capituli 6, ubi à Vulgata exhibetur. (Calmet.)

VERS. 25. — BACULUM SENEVETUSI NOSTRÆ TENISTI. Græcus: *Quid emisisti filium nostrum? An non virga manus nostræ est in ingrediendo ipsam et egrediendo coram nobis? Idem expressè videtur Hebræus is verbis: Ipse fuit*

CAPUT VI.

CHAPITRE VI.

1. Profectus est autem Tobias, et canis secutus est eum, et mansit primâ mansione juxta fluvium Tigris.

2. Et exivit ut lavaret pedes suos, et ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum.

3. Quem expavescens Tobias, clamavit voce magnâ, dicens: Domine, invadit me.

4. Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam ejus, et trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, et palpitare cepit ante pedes ejus.

5. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, et cor ejus, et fel, et jeur repone tibi, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.

6. Quod cum fecisset, assavit carnes ejus, et secum tulerunt in viâ: cætera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque pervenirent in Ragæ civitatem Medorum.

7. Tunc interrogavit Tobias angelum, et dixit ei: Obseoro te, Azaria frater, ut dicas mihi, quod remedium habebunt in ta qua de pisce servare jussisti?

8. Et respondens angelus, dixit ei: Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum, sive à viro, sive à muliere, fita ut ultra non accedat ad eos.

9. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, et sanabuntur.

10. Et dixit ei Tobias: Ubi vis ut maneamus?

11. Respondensque angelus, ait: Est hic Raguël nomine, vir propinquus de tribu tuâ, et hic habet filiam nomine Sara, sed neque masculam, neque feminam ullam habet aliam præter eam.

12. Tibi debetur omnis substantia ejus, et oportet eam te accipere cotjugem.

13. Pete ergo eam à patre ejus, et dabit tibi eam in uxorem.

14. Tunc respondit Tobias, et dixit:

1. Tobie se mit donc en chemin, et le chien le suivit, et il demeura la première nuit dans un lieu proche du fleuve du Tigre.

2. Etant allé laver ses pieds, un poisson énorme sortit de l'eau pour le dévorer.

3. Tobie en étant consterné jeta un grand cri, disant: Seigneur, il s'élance sur moi.

4. L'ange lui dit: Prenez-le par les ongles, et le tirez à vous. Ce qu'ayant fait il le tira à terre; et le poisson commença à se débattre à ses pieds;

5. Alors l'ange lui dit: Videz les entrailles de ce poisson, et conservez le cœur, le fiel et le foie; parce qu'ils vous seront nécessaires pour en faire des remèdes très-utiles.

6. Ce qu'ayant fait, il en fit rôti la chair qu'ils emportèrent avec eux. Ils salèrent le reste, qui devait leur suffire jusqu'à ce qu'ils arrivassent à Ragæ au pays des Médés.

7. Alors Tobie interrogea l'ange, et lui dit: Mon frère Azarias, je vous supplie de me dire quels sont les remèdes que l'on peut tirer de ce que vous avez voulu que nous gardassions de ce poisson.

8. L'ange lui répondit: Si vous mettez un morceau du cœur sur les charbons, la fumée qui en sort chasse, par la vertu de Dieu, toute sorte de démons, soit d'un homme, soit d'une femme, en sorte qu'ils ne s'en approchent plus.

9. Le fiel est bon pour oindre les yeux où il y a quelque taie, et il les guérit.

10. Et, lorsqu'ils furent arrivés près d'Ecbatane, Tobie lui dit: Où voulez-vous que nous logions?

11. L'ange lui répondit: Il y a ici un homme nommé Raguël, qui est de vos proches et de votre tribu; il a une fille qui s'appelle Sara, et il n'a point de fils, ni d'autre fille qu'elle.

12. Tout son bien doit vous venir, et il faut que vous épousez cette fille.

13. Demandez-la donc à son père, et il vous la donnera en mariage.

14. Tobie lui répondit: J'ai oui dire qu'elle

baculus manuum nostrarum, qui ingredi et egredi faciebat à domo, id est, domesticas res curabat, accipiens, solvens, œconomum nobis agens, ea comparans quæ nobis essent necessaria. (Calmet.)